



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Catalogvs Coenobiorum reformatorum, instituti Fulensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

tiæ Professoris filius, Græcè & ipse doctissimus, qui Dionysij Areopagitæ opera ex Græco Gallica reddidit, & alia varia publicauit.

CATALOGVS CŒNOBIO-
rum reformatorum, instituti Fu-
liensis.

Abbatia Fuliensis, Gallicè *des Fueilhans*, in diœcesi Riuensi, prouinciæ Tolosanæ, vulgò *Rieux, en Languedoc*.

Parisiense monasterium, in suburbano S.Honorati.

Fuliense monasterium in Normannia.

Fuliense monasterium in Britannia mi-
nore, in Ducatu de *Rayz*.

Fuliense monasterium, apud Taurinum,
Pedemontani Principatus metropolim.

Romanum Fuliense monasterium, haud
procul à S.Maria Maiore.

Fuliense monasterium, in districtu To-
losano.

Fuliense monasterium, in districtu Bur-
digalensi.

Fuliense monialium cœnobium, *des Fueilhantes*, ad muros vrbis Tolosanæ, &
alia.

Choppinus lib. I. Monast. tit. I. §. 14. scribit
à Clemente VIII. constitutum, vt Abbas,
seu Prior congregationis Fulensis tantum-

T 4 modò

modò sit triennalis; diplomate anno 1602.
Maij, die 4. dato: quod & obseruatur in con-
gregatione Casalis Benedicti. De Fuliensis
monasterij origine, vide plura anno 1169.

Arnold. Vionus, Ligni vitæ lib. I. cap. 50.
meminit cuiusdam *Ordinis Reformati S. Ber-*
nardi: cuius ordinis monachos dicit Romæ
agere in basilica *S. Potentianæ*, eodem accitos
à *S. Carolo Borromæo*, Card. & Archiepi-
scopo Mediolanensi. Sed hi an Fulientes sint,
ignoro.

Hubertus Rudolphus, ord. Cistertiensis,
vir disertus in Belgio floret, qui scripsit Pa-
negyricum de rebus gestis Alexandri Farne-
sij, Parmæ Placentiæq; Ducis, Duaci & Co-
loniæ excusum.

Anno 1198. Ioannes d'Assignies, Subprior
Abbatiae Camberonensis in Hannonia vi-
tas Sanctorum ordinis Cistertiensis Galli-
co idiomate redditas, typis Duacensibus
euulgat. Idem anno 1603. alterum volumen
publicauit de vitis plurimorum venerabi-
lium sanctitatisq; opinione illustrium Mo-
nachorum, Monialium, ac Conuersorum di-
cti ordinis; daturus & plura suo tempore, ut
speramus.

Anno 1599. Robertus Henrion, patriâ
Gemblocensis, Abbas Villariensis, ossa B. Ar-
nulfi Cornibout, B. Julianæ Cornelienensis,
aliorumque in facellum egregiè à se adorna-
tum

tum transfert. Idem templum alioqui augustinum statuis XII. Apostolorum, itemque Euangelistarum & Ecclesiæ Doctorum egregiè adornauit: fontem quoque ex marmore in ipso eodem templo excitauit, & Bibliothecæ instituendæ atrium à fundamentis exstruxit.

Anno 1611. Balduinus Morean, religiosus Camberonensis typis Duaci publicat Regulam S. Benedicti cum xxx. exemplaribus manuscriptis collatam. A quo & plura ad Ordinis Benedictini atque instituti Cisterciensis illustrationem faciētia exspectamus.

*MONACHORVM
INSTITVTI CISTERCIEN-
SIS cœnobia, apud Belgas & Ger-
manos inferiores.*

IN BRABANTIA.

Villarium, secundo lapide ab opido Géblaco, Abbatia diœcesis Namurcensis, anno 1147. fundata. *Billers.*

Locus S. Bernardi, ad Scaldim flu. secundo ferè lapide ab Antuerpia, Abbatia diœcesis eiusdem, anno 1230.

Nisella, sesquimilliari ab opido Niuella, Abbatia diœcesis Namurcensis. Niselle.

S. Saluatoris coenobium, vulgo Petri Pots.

T s à fun-